

*Magia naturalis.*

48

ita dormiat. Nam & in dextra uteri fieri mares verifimile, ad  
harebit semen hujus lateris acetabulis, & suget de vena cava  
materiam, ex qua foetum efformabit. Johan. Riolan. in part.  
meth. bene medendi fol. 171.

**Das XXXVIII. Capitel.**

*Vt mulier cum aliquo adulterare non possit.*

**I**Ncide de capillis ejus, & pulverem illorum tibi (alii ibi) su-  
per feretrum sparge, ante tamen unge feretrum cum mel-  
le, & mox coeas cum muliere, & cum volueris solvere, ex  
suis capillis fac similiter.

*Aliud.*

*Si vis ut mulier non corrumpatur, nec quarat viros.*

Accipe priapum lupi & pilos palpebrarum ejus, & pilos  
qui sunt sub barba ejus & combure illud totum, & da ei in  
potu ipsa nesciente, nullum alium volet. Et dixerunt (philo-  
sophi) quando mulier non vult virum suum, tunc accipiat vir  
ejus aliquid de sepo hircorum mediorum inter parvos & ma-  
gnos, & liniat cum eo priapum suum & coeat, ipsa enim ama-  
bit eum, nec coibit postea cum aliquibus. Albert. Magn. de  
virtutib. mundi.

Dicitur quod si mulier accipiat acum inficiatq; fimo, de-  
inde involvat luto in quo cadaver humanum defossum fuerit  
& se cum portaverit in panniculo, qui fuerit in fonere, non po-  
terit vir quispiam cum ea coire, quam diu secum habuerit.  
Heinr. Corn. Agrip. de occult. philosoph. lib. 1. cap. 46.

Das